


MISCELLANEE
1059
28
BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE DI FIRENZE

In dicta causa Identitatis Reliquiarum S. Augustini.

RESOLUTIO MOTIVORUM FISCI.



Verunt mihi tandèm aliquandò, sub hac die decima Octobris, communicata motiua, & dubia, excitata per Adm. R.D. Præpositum Georgium Valigianum, Aduocatum Fiscalem, & in hac parte Fidei Promotorem, cum restitutione scripturarum, sibi consignatarum, vsq; de die 12. mensis Iulij, currentis anni 1698. in causa identitatis, de qua agitur; & ex voluminosa lectura eorumdem, colligo causam ipsam, multum debere oppugnatori, qui, per tot cartas, dignatus est, illam honorare, vt de ea possit verificari, quod quantò magis veritas oppugnata, & contrita est, tanto clarior, nebulis expulsis, progreditur in lucem, sicut aromata, quæ magis redolent, quo magis conteruntur. *cap. graue 35. q. 9. glos. verb. postquam in cap. cum Ioannes, de fid. instrum.*



Et quamvis ab his, me facilè possem, vno verbo expedire, dum aduerti, omnia in contrarium, magno labore eleuata, probationem exactam magis, ac euidentem, quam moralem certitudinem, quæ, in huiusmodi materijs, sufficit, percutere, de qua consequentèr hic non agitur, *vt cum Sac. Concil. Trid. & communi Scribentium, asserit Matta de Canoniz. Sanct. p. 4. cap. 29. nu. 2.*, & centiès dixi in meis scripturis impressis, in hac eadem causa; attamèn ne videar, tamquam miles omninò inexpertus, sub illo generali prætexto, singulare certamen declinare, me accingam ad singillatim eisdem satisfaciendo, non quidem ad singula verba reflectendo contraria, cum volumina non sufficerent, sed ad minus leuia dumtaxàt.

Opponit itaq; primò Fiscus, repetendo, quæ opposuerat, in sua replicatione, diei 27. Aprilis, currentis anni 1698. Et pro illorum solutione, rogo relegi, quæ ego dixi, in Confirmatione mei discursus, sub num. 26. 27., & 28. ibi enim, omnibus clarè, intrà probabilitatis, & demonstrationis moralis lineam, prout requiritur in causa, & abundanter satisfactum, existimo, licet non euidentèr, iuxta per me protestata.

Opponit secundò, quod nullus ex allegatis Historicis specificat locum loci, in quo Corpus Sancti Augustini, post translationem ab Insula Sardiniæ, fuerit primò collocatū à Luitprando Rege, in Ecclesia S. Petri in Cælo aureo, vno excepto Iacobo Gualla; qui est solus, inter tot Scribentes, quiq; loquitur sine vlla ratione, authoritate, & traditione, sed ex suo Marte tantùm: quare in re tanti momenti, etiamsi versemur in antiquis, in illius nuda assertione prudenter firmari nequit plena fides desideratæ probationis de loco loci, quando etiam, non ignoretur suam Historiam typis demandasse, de anno 1405., & sic post annos 680, à Regia Sacri Corporis translatione, quod pariter ei minuit fidem.



Hoc creditur potissimùm motiuum, & dubium excitatum, quod percuteret, vno ictu, omnia mea scripta impressa, quia sublata demonstratione morali, de loco loci, vbi reposita essent primò Sacra ossa D. Augustini, remaneret ratio dubitandi, imò diuinandi de ossibus illis, & sic omninò tolleretur consequentia a me deducta, ossa scilicèt nouitèr inuenta in Scurolo, seù Confessorio prædicto, esse illa S. Augustini, ex quo per Guallam, Sac. Corpus ibi fuit primò repositum, vt probata prima depositione eiusdem, reperta etiam per S. Rodobaldum Episcopum, Visitantem cum exactissima diligentia, ad effectum inquirendi Sanctorum Corpora occulta, eisq; inuentis, nomina, ac loca describendi, pro vt describit, ibi: in fundo Confessorij iacet Corpus Sancti Augustini, ex quibus meritò inferrebatur, ossa prædicta, nouitèr inuenta, per necesse non posse esse alterius, quam Sancti Augustini, ex eo, quod illud vnicè ibidem iacere dixerat in Visitatione prædicta Sanctus Rodobaldus; Quarè si Deo, & Sancto Doctore adiuuantibus potero hunc ictum principalem, & mortalem, qui directè percutit cor totius causæ, euadere, in reliquis de victoria plenissima, minimè dubitarem.

Misso ergo, quod Bartholomæus Petragrassa, in narratione de translatione Corporis D. Au-

Augustini *in sua Historia fol. 13. in fin.* interpraetatur Guallam, benè dixisse Sacrum Corpus repositum a Luitprando in Scurolo, intellecto sub illo termino Confessoris; si inuenero Scribentes, qui tueantur Guallam, non fuisse loquutum, ex suo marte tantùm, sine vlla ratione, sine auctoritate, & traditione, sed ex vetustissimorum auctorū monumentis, & ex vetustis, & antiquissimis Cronicis Papiēsibus, quæ suis temporibus, adhùc extabant, & signanter ex Sancti Rodobaldi Episcopi Cronica ea hausisse, existimarem me à tali ictu periculoso futurum immunem, & meum primum fundamentum assertioni Guallæ innixum subsistens; firmatoq; loco loci, hoc est probato initio depositionis d. Sacri Corporis, præsumptione iuris, præsumi illius continuationem, nisi probetur interruptio, ex quo qui diù possedit, adhùc possidere præsumatur, *Abbas in cap. elim, il primo, col. 5. num. 14 de praescript. ferè liber ero.*

Insurgit itaq; *Ansoss. de Sac. reliq. cult. §. 13. sub num. 12., & seqq. pre me, & d. oppositioni animosè respondet, ibi: Apparet in vetussimis actis, historico non licere, sine auctoritate loqui, aut per coniecturas aliquid enuntiare, vbi desit auctoritas, qua verba hunc sensum reddunt, & intelligentiam, vt historico meritè sit fides adhibenda, si auctoritate comprobauerit, vel saltèm in principia historia vetustissimorum auctorum nomina pretulerit, vndè describenda hauxisse dixerit, vel deficiente auctoritate, ea per coniecturas enuntiauerit, & statim subsequitur, ibi: Iacobus Gualla in ipso suo Sanctuario, pluribus in locis, prebat, non suo marte, dixisse, qua in suo Sanctuario congessit, & in primis in ipsa dedicatoria Epistola ad Praefectos Hospitalis,* En, inquit, igitur vobis, quæ ex varijs clarissimorum monumentis, mira diligentia, studioq; incredibili collegi. Nunquid proprio marte, scripta dici possunt, quæ ex clarissimorum virorum monumentis promouotur? Secundo in ipsa Sanctuarij præfatione, profitetur, quæ scripturus est habuisse a veridicis Scriptoribus, & Rodobaldi inter alios Præsulis Ticinensis Chronico. Nota hic Præsulis Ticinensis, cui eo magis præstanda est fides, quo nobiliori gradu, est insignitus, quod Guallam vidisse, & euoluisse virisimile est, cum ipse eum alleget, in hæc verba: *Rodobaldi autem Praesulis Ticinensis Cronica, edita anno salutis 1236.* Stupendum continet numerum inferius annotatum Sanctorum Corporum, Sanctorumq; templorum, quæ, & a quibus sunt erecta, inter quæ Corpora, legitur illud S. Augustini, ibi: In fundo Confessorij, iacet Corpus S. Augustini. Imò eadem ferè verba, quæ deduxit Archiepiscopus Oldradus, de apparitione S. Augustini, adducit ipse Gualla in suo Sanctuario, *lib. 4. cap. 13.* circa medium, satis etiam patet, non proprio Marte, sed grauioribus, & antiquioribus historicis, Patrium Chronicum, seù Sanctuarium contexisse, vel quia ad veritatem comprobandam, adducit peruetustas Vrbis Cronicas, clarum testimonium exhibentes &c. Et paulò infra, inquit, iuxta Sacras historias, peruetusto scripto relictas, vndè dilucidam sumpsi veritatem, per singula templa. Et magis infra, dum precatur Deum, vt tantum vitę largiri dignetur, quantum sat erit ad operis consumationem, iuxta dilucidam veritatem, quæ frequens, & repetita protestatio, veritate arguit Scriptoris relationem, fore dignam, nec vlla falsitatis labe, corruptam, *Paris. cons. 71. num. 16. vol. 3.*

Præterea *cap. 7. eiusdem lib. 1.* ne quis existimaret vnicum, ac singularem esse auctorem Sāctuarij sui, producit testimonium, omni exceptione maiorem, S. Rodobaldum Episcopum Papien. per hæc verba. *Praeterea animaduertens Ticinensem Vrbem Sanctorum reliquijs, quàm maximè illustratam, Pastor ipse optimus, vt rei Diuina praecipuam curam gereret, per singula totius Vrbis Templa, venerandas Sanctorum reliquias, qua erant in obscuro, solertissimè perquisiuit, scriptisq; mandauit, & Chronicum de eis condidit, quod venerendo tanto Praesulis nomine, communitum, eiusdem Sacri thesauri patefactam veritatem, veris literis dilucidè continet, atq; fidem.* Quid hac attestatione clarius? hac sola corroboratur Chronicum Guallæ, tùm quia sanctus, tùm quia Episcopus, tùm quia Visitator, tùm quia ex hac perquisitione, fecit Chronicum, quod extat, quod in publicam scripturam redactum. Hucusq; *Ansos. loc. cit.*, qui abundè soluit Pisci oppositionem, quod scilicèt non proprio marte, sed fida Chronicorum veterum Papiensium relatione, conscripsit, cum suo tempore adhùc extarent; immò nouissimè in d. totius Sanctuarij Epilogo, hæc scripsit, ibi: *Thesaurum pretiosum Sanctuarium scilicet reliquiarum Ticinensium, quarum sanctitatis celsitudine, & miraculorum claritate perce-*

lebrisq;

Super tertio. Doppo l'innentione di d. Sac. Corpo, non hò ſentito dire di gratie, eccetto, che ſentij à dire, ch' vn cert' Intagliatore, nominato il Sala, che era preſente, quando s'aprì la Caſſa, diſſe, ſe ſete il vero Corpo di S. Agoſtino, vi prego à farmi andar via la mia Quartana, è puoi hò ſentito à dire, dal mio Prete, Angelo Giacinto Pellegrino, che gli era andata via, ne gli era più tornata.

Depoſitiones quarti, quo ad merita.

Quartus teſtis. Thomas Gattus, annorum 55. Papien. Pictor, *fol.* 24. *Interrogatus. Reſpondit*. Hò ſentito à dire, che il Corpo di S. Agoſtino ſij nello Scurolo della Chieſa grande di Sant'Agoſtino, è lo dico per hauerlo ſentito dire, ſi come, che foſſe portato dal Rè Luitprando; il quando non lo sò; è l'hò ſentito a dire da molte perſone, mà adeſſo non ſaprei nominarle. Hò letto in vna inſcrittione della Sagreſtia de PP. di S. Pietro in Ciel'aureo, che dice, che in quel luogo, ſij ſtato 40. *anni*; è da che hò cognitione delle coſe del Mondo, hò ſempre ſentito dire, che il Corpo di S. Agoſtino ripoſa nella Chieſa ſudetta. Io non sò doue foſſe ripoſto il Corpo di S. Agoſtino, quando fù traſferito da Sardegna, à Pauia; dalla Sagreſtia poi, hò ſentito a dire, per traditione, che ſij ſtato ripoſto nello Scurolo della d. Chieſa. Io non sò altro, ſolo che per traditioni hò ſentito dire, che il Corpo di S. Agoſtino, foſſe leuato dal ſudetto luogo, nel tempo del Rè Luitprando, & che per le guerre, da eſſo ripoſto, nello Scurolo, in vn luogo, acciò niſſuno ſapeſſe, doue foſſe, è per le guerre non le foſſe leuato, e rubato. Due anni fa fù rotto nello Scurolo, è furono trouate delle oſſa, che dicono, ſijno di S. Agoſtino, anzi il proprio Corpo, è l'hò ſentito da molti: ſi è ritrouato dietro l'Altare, nello Scurolo, in occaſione di reſtaurare l'Altare, è furono due anni fà, del meſe di Settembre, verſo la fine, ch'io ero fuori, è pioueua, è diceuano, ch'era il tempo così piouoſo, perche s'erano trouate le dett'oſſa.

Fol. 25. Hò ſentito dire, è mi è ſtato raccontato, che il depoſito, foſſe fabricato, al di fuori, con pietre, & calcina, d'vna teſta, & che leuate quelle, foſſeſi ritrouata vn Arca di marmo, con ſuo cuoperchio impiombato, & che dentro di eſſa, vi foſſe vna Caſſetta di legno, con dentro vna d'argento, nella quale, ve ne foſſe vn altra di piombo gualta, con due ampolette di vetro, & che in queſt'vltima, vi foſſero le oſſa del Corpo di S. Agoſtino, anzi che hò ſentito à dire, che ſul muro, fuori della Caſſa, vi foſſe ſcritto, il nome d'e *Agoſtino*, in lettera gottica. Io sò ch'il luogo preciſo, doue ſi ritrouaua detto depoſito, è dietro l'Altare, nel ſudetto Scurolo, ed' io hò veduto il d. depoſito, & il ſito, oue era fabricato, nel d. Scurolo, & era in luogo remotiſſimo, che non puoteua eſſere veduto, ſe non ſi apriua la ferrata, per andare al pozzo, à beuere l'aqua del fonte di S. Agoſtino. Sono ſtato molte volte a pigliare la perdonanza, è venerate il Corpo di S. Agoſtino, è ſempre mi voltauo verſo l'Altare; non hò ſentito a dire, che coſa vi foſſe in d. Depoſito, ma ſolo, che il Corpo di S. Agoſtino, foſſe in d. Scurolo, & che le oſſa ritrouate in d. depoſito, ſiano veramente quelle di S. Agoſtino, come il ſimile credo anch'io: Non hò ſentito dire, che appreſſo dett'oſſa, ſi ſia ritrouata alcuna ſcrittura, ò ſegno indicante, di chi ſiano; mà per quello hò ſentito, che vi manca il braccio deſtro, quale parimente, hò ſentito dire, che fù datto à S. Cnuto Rè di Danimarca, & perciò credo, che veramente ſijno le oſſa di S. Agoſtino, & il fondamento di crederlo è, perche hò ſempre ſentito dire, che il Corpo di S. Agoſtino, ſij nello Scurolo, e vi hò veduto andare diuerſi perſonaggi, anche Foraſtieri allo Scurolo, a venerare il Corpo di S. Agoſtino.

Fol. 26. *Super primo*. E' la verità, è n'è ſtata, & è publica voce, fama, e traditione

publica,

publica, & commune, appresso tutti, d'ogni stato, grado, & conditione, che il Corpo di S. Agostino sij stato posto, & collocato nella Chiesa di S. Pietro in Ciel'aureo, & che sempre sij stato in d. Chiesa, eccetto che quelli 40. anni, ch'è stato nella Sagrestia da PP. Rochetini, di d. S. Pietro in Ciel'aureo, ne mai è stato rimosso da d. Chiesa, intendendomi, che sij anche Chiesa, il Scurolo, & ciò hò sentito à dire, essersi sentito à dire publicamente dalli antenati, & essere traditione antica, de medesimi antenati, diuulgata ne successori; & sò che si fanno le offerte dalla Città al suo S. Corpo, & che si cantano delle antifone, ogni giorno da ll'Agostiniani, nel suo mese, & dalli Rochetini, nel suo, là nello Scurolo, doppo il Vespro, & che vi ardono lampade continuamente, in veneratione del d. S. Corpo, & come hò detto, hò veduto andarui delli forastieri, nel d. Scurolo, à venerare il d. S. Corpo; ma che in d. Scurolo vi sia stata fatta la translatione, per causa delle guerre de Francesi, dietro l'Altare, questo non lo sò, ne mai l'hò sentito dire.

Fol. 27. Supèr secundo: Quando fù ritrouato il d. Corpo di S. Agostino, in già hò detto, che mi trouauo fuori di Pauia, è quando ritornai, sentij a dire, che vi erano andate gran quantità di persone, d'ogni stato, grado, e conditione, e sesso, alla medesima Chiesa di S. Pietro in Ciel'aureo, nello Scurolo, ad effetto di visitare, è venerare il d. Sacro Corpo, è vi son'andato ancor io. *Supèr tertia*: hò sentito à dire, che doppo d'essersi ritrouato il d. S. Corpo, diuerse persone, ad intercessione di d. Santo, hanno ricuperato la sanita, ma delle altre gratie particolari, à me lette, nel d. Capitolo, io non ne hò informatione alcuna sottoscritta. *Gio. Tomaso Gatti, hò deposto per verità, quanto sopra.*

Ex his igitùr quatuor testibus, contestibus, inferentibus identitatem facti, nempè de publica voce, fama, & traditione, quod Corpus S. Augustini iaceat, & iacuerit, ab immemorabili, & a pluribus sæculis in Scurolo Ecclesiæ S. Petri in Cælo aureo, quamuis se ipsos in contestes non allegent, *Farinac. q. 64. num.* 28. satis probata videtur existentia d. Sac. Corporis in d. Scurolo, quia in ore duorum, aùt trium, stat omne verbum, *cap. licet, cap. veniens. de testib. cum alijs vulg.* Nec obstare dicitur, duos primos esse de familia d. Cõuentus S. Augustini, quia in his domesticis, de quibus suprà, tales sunt magis informati verisimilitèr, quam alij, admittuntur in testes, & probant, *Bald. cons. 50. num. 1. vol. 2 Gabr. de testib. conclus. 10. num. 7. cum seq. Farinac. q. 55. num. 35. cum seqq.* Et licèt, ex his quatuor, vnus plus altero deposuerit, & dicantur aliquo modo varij, attamèn talis varietas, non attenditur, modo in substantia concordent, prout in casu, *Farinac. de opposit. contra dicta testium, quæst. 65. nu. 16.* varietas namq; in aliquibus qualitatibus, circumstantijs, aut accessorijs extrinsecis, non tollit, nec minuit fidem, vt ibidem *num.* 20. nec dicuntur contrarij, aut diuersi, licèt vnus plùs deponat, quam alter, *Farinac. qui supra num.* 11. idem pariter est, licèt discordent in modo narrandi, dummodo in facto narrato conueniant, vt de se patet, in nostro casu.

Conclusio quo ad marita.

Et eo maximè probant omnes quatuor dicti testes talem existentiam d. Corporis S. Augustini, in d. Scurolo de præsenti, ac de præterito, per publicam vocem, & famam, ab immemorabili, sed etiam per traditionem, quæ tantæ est potentiæ, vt scripturis æquandam docuerint Sancti Patres, ex auchoritate *Pauli Apost. 2. ad Thessalon. cap. 2.* ibi: tenete traditiones, quas accepistis, siuè per Sermonem, sinè per Epistolam, & tantùm ipsi traditioni tribuendum duxit Augustinus, vt asserere non erubuerit, se Euangelio minimè crediturum, nisi se Catholicæ Ecclesiæ commoueret aucthoritas, *Controu. Epist. Manich. cap. 5.* Est ergo illud firmum, atq; ratum, non tantum scriptis, sed & traditionibus

Ecclesiam

Ecclesiam coalescere, & propagari cœpisse, ipsosq; fideles, omnesq; catholicos, sicut illis, scriptis traditionibus, & ita istis non scriptis, paritèr obligari, in eoq; traditiones excellere, quod illa, nisi traditione firmentur, non possunt subsistere, hæ verò etiam sine scriptis, suam obtinent firmitatē; vndè *Ireneus. lib. 3. cap. 4.* quid inquit, si neq; Apostoli scripturas reliquissent nobis, non ne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias? iuxtà illud *psalm. 43. Deus auribus nostris audiuimus, Patres nostri annuntiauerunt vobis.* Quarè fundamentum huius traditionis, in proposito, arguendum est, ex Sancto Rodobaldo, vsq; de anno 1236. qui diligentissima perquisitione omnium Sanctorum Corporum, veritatem inuestigauit, inuestigatamq; literis mandauit, de qua omnes scriptores Papienses, dicendo, & scribendo, de D. Augustino: *in fundo Confessorij, iacet Corpus S. Augustini*; nec verisimile est, sanctum virum dicti Sancti Corporis veritatem inuestigasse, nisi maturo iudicio, ac diligentissima deliberatione, eo ritu, ea cæremonia, ijsq; seruatis, quæ tunc temporis seruabat Ecclesia, id habens, ex antiquioribus Papiensibus Cronicis, vel prædecessorum suorum Sanctorum Episcoporum traditionibus, vsq; ad principium translationis, ab Insula Sardiniæ, *de anno* 727. cum notitia secundæ translationis, sub Altari S. Apiani, vbi requieuit per 40. *annos, ab anno scilicèt* 774. ob bellum gallicum, vsq; *ad annum* 814. quo restitutum fuit, ad suum priorem locum. Huic ergo antiquissimæ traditioni, est inhærendum, Corpus nempè S. Augustini, ab immemorabili iacuisse in d. Scurolo, seù Confessorio, vbi etiam hoc non fuisset per præfatum S. Rodobaldum, scriptis consignatum, & nullius scripturæ testimonio comprobaretur, vbi enim locū sibi vendicat vera traditio, ibi nulla potest esse falsitatis suspicio, sufficit enim ex Patribus ad Patres, per manus traditam Sancti Corporis D. Augustini sententiam, de existentia eiusdem in Scurolo, seù Confessorio S. Petri in Cælo aureo; nam ad probandas Sanctorum reliquias, est insistendum particularium Ecclesiarum traditionibus, *Baron. in not. ad Martir. Rom. in princ.*

Verùm cum *Iacobus Guala*, in suo sanctuario, *lib. 1.* dicat, non suo marte dixisse, quæ probat, sed profiteatur, se habuisse, a veridicis Scriptoribus, & Rodobaldi intèr alios Præsulis Ticinensis Cronico, de quo loquens ibidem, *cap. 7.* dicit. *Præterea animaduertens Ticinen. Vrbem SS. Reliquijs, quàm maximè illustratam; Pastor ipse optimus, vt rei diuinæ præcipuam curam gereret, per singula totius Vrbis templa, venerandas SS. Reliquias perquisiuit, scriptisq; mandauit, & Cronicum, de eis condidit, quod, reuerendo tanti Præsulis nomine, communitum, eiusdem Sacri thesauri patefactam veritatem, veris literis, dilucidè continet, atq; fidem*; iam planè habemus vndè originē traxerit publica vox, fama, & traditio, de qua deponunt testes, pro hac causa, supra examinati, nempè ex Cronica S. Rodobaldi, in qua cum legatur, ibi: *In fundo Confessorij, iacet Corpus S. Augustini*, & quidem vnicè, & solitariè, assignatis omnibus alijs Sanctis dictæ Ecclesiæ, suis respectiuè sedibus, in Ecclesia superiori, sequitur pernecesse, ossa nouitèr reperta, ex d. publica voce, fama, & traditione, esse illa ipsissima Sancti Augustini, ea potissimùm ratione, tacta per *Ansosium de sac. reliq. cultu, §. 13. num. 18.* quia S. Rodobaldus, in d. sua Cronica, veritatē continet, & fidem, tum quia Sanctus; tum quia Episcopus, tum quia Visitator, tum quia eius Cronicum extat in publicam scripturam redactum.

Ex his itaq; patet ex dictis testium depositionibus, clare constare, ossa inuenta in Scurolo, seù Confessorio prædicto nouitèr, esse illa S. Augustini, nec ad comprobationem istius articuli, requiri, nec gratias, nec miracula, nec esse

desi-

desideranda talia signa,& prodigia, *vt ait idē S. P. Augustinus lib. 10. Confess. cap. 35. num. 2. ibi: Hinc etiam in ipsa religione, Deus tentatur, cum signa, & prodigia flagitantur, non ad aliquam salutem, sed ad solam experientiam, desiderata*. Quia tamèn Deo placuit, in hac recenti Sac. Ossium inuentione, illorum intercessione, plures gratias facere, & quidem insignes, & qualificatas, (studendo breuitati), quatuor dumtaxàt testes, super gratijs, per singulos illorum obtentis, dabuntur, examinati *ser. ser.* cum suis contrarijs interrogatorijs, per D. Promotorem fidei, datis, ex quibus magis claret d. identitas, sicuti etiàm clarescit, ex verisimili sigillo D. Luitprandi Regis, apposito, & sculpto in illis quatuor partibus capsulæ argenteæ, vt dicebatur d. discursu, *sub num. 4.* vbi apparent illæ quatuor Cruces, incisæ, æquales, & similes, præseferentes vultum Saluatoris, cum literis hinc indè, I.C. nempè Iesus Christus; nam cum *Oldrad. Archiep. Mediol. apud Ansos. de sac. reliq. cult. §. 5. num. 7.* referat, quod pius ille Rex, inter alia in suo Palatio, Oratorium, in honorem Saluatoris Mundi extruxerit, vbi & Sacerdotes, & Clericos multos instituit, qui die, no&eq; diuina officia exsoluerent, attributis multis bonis, vt honestius, & alacrius Deo inseruire possent: ideò videtur indè posse argui, illas Cruces, preseferentes vultum Saluatoris, cum d. literis I.C. esse sigillum eiusdem Regis, quo signare curauerit dictā capsulam argenteam, in qua incluserat Sac. Ossa D. Augustini, in illa reperta.

Primus ergo testis, quo ad gratias receptas, Adm. R. D. Carolus Emanuel Marcellinus, Canonicus Ordinarius Ecclesiæ Cathedralis Papiæ, testis inductus, citatus &c. *Interrogatus. Respondit:*

Primus testis, quo ad gratias receptas.

Fol. 30. Hauend' io riceuuta vna gratia, per li meriti, & intercessione di S. Agostino, io significai questa gratia a diuerse persone, di modo, che hauendola intesa li stessi Padri ancora, fù poscia da me il P. Castelli Sacrista, per sapere, che gratia era quella, ch' haueuo riceuuta, è vi fù puoi ancora il P. Priore, col medesimo P. Castelli vn'altra volta, à dimandarmi se voleuo esaminarmi per questo particolare; io gliela spiegai in scritto, dandola al medesimo P. Castelli, scritta distintamente in vna carta, di mio proprio pugno: è la gratia, che tengo per certo, d'hauere riceuuto, ad intercessione di S. Agostino, & che hò posto in scritto di mio pugno, è, che antecedentemente fossero ritrouate le ossa, & reliquie, predicate, per quelle di S. Agostino, erano gia, da trè in quatr'anni, ch'io patiuo vn male di testa, come di vettigine, cioè, mi pareua, che mi sentissi vacua la testa, & che fossi, di quando, in quando, mi veniua quel male, per cadere in terra, di modo, che venendomi tal volta, due volte la settimana, mi lasciaua vn tal timore, e debolezza de nerui, che ritrouandomi all'Altare per celebrare la Santa Messa, nel douermi voltare al popolo, mi pareua di douere cadere, e cosi mi conueniua stare sempre, con vna mano appoggiata all'Altare, è nel miglior modo, che poteuo, per assicurarmi da tale timore di cadere; laonde essendosi in questo mentre ritrouate le sudette Ossa, & essendoui ancor io andato due volte, per curiosità, a fine di vederle, benche non mi sia mai riuscito di puoterle vedere; è sentendo puoi à mettersi in dubio per la Città, se veramente fossero, ò non fossero le ossa di S. Agostino, io vn altra volta, andai solo alla Chiesa di S. Pietro in Ciel'aureo, è mi portai nello Scurolo, per maggiormente osseruare, è cauare qualch'inditio, per assicurarmi della verità, & osseruare attentamente il sito, doue le haueuano ritrouate, mentre che al mio giuditio, mi credeuo, che veramente fossero le ossa di S. Agostino, è mentre viddi, che le haueuano in vna Cassetta di legno, serrata con tre, ò quattro Chiaui, è che ne più, ne meno si dubitaua, che fossero quelle

di

Et pro earumdem coronide, addidi in fine omnium; & ex his manifestè datur intelligi, cum *Anfel., & Petro Oldrad. Archiep. Mediol.* loquentibus de S. Augustino, ibi: quos Deus caros habet, ad sanctitatis eorum testimonium, insignit virtutibus, & miraculis, inter quæ illud præcipuum, de fonte semper per Fiscum indebitè impugnato, in tertia lectione secundi Nocturni festi illius translationis, *diei 28. Februarij Breuiarij Augustiniani, approbati à Clemente VIII. ibi*: Illic sub ara conditum Sacrum Corpus, magna veneratione colitur, crebrisq; corruscat miraculis; intèr quæ illud insigne est, quod illo ipso in loco iugis aquæ fons diuinitùs emanauit inexaustum, tam mirifici Doctoris sapientiæ fontem significans, quo vniuersas terræ regiones, fœlicitèr irrigauit.

Porrò exemplum allatum de declaratione ossium S. Bartholomæi, in Ciuitate Beneuentana, fuit solùm ad indicandum fortiora Fundamenta militare, pro causa D. Augustini, & si fuisset animaduersum à Fisco, decretum de identitate, præcessisse visitationem Sacri Corporis, independenter à schedula, immò à duobus illis laminibus plumbeis, repertis cum eodem corpore, ex post factum decretum, fortè non fuisset allegata talis oppositio, quæ non videtur ad rem; immò adhùc fortiora militant in nostro casu D. Augustini, vbi habemus locum determinatū, & solitarium pro illius deposito, & vlterius assertiones duorum Summorum Pontificum, motu proprio, & diuersis sæculis emanatas, indicantes determinata extrema illius intercapedinis, in qua Sacra ossa D. Augustini fuere reperta, vltra tot alia adminicula, enunciata in scripturis impressis, quæ dictam identitatem reddunt indubitabilem.

Cæterum si quæ alia eleuata, in corpore totius motiui Fiscalis, viderentur, habent suam claram solutionem inter dictas scripturas impressas, & ab eis replicandis abstinui, ad effectum non afficiendi tædio, aut grauandi lectores, de quorum patientia, plùs æquo fortè abusus fui, eosdemq; enixe deprecor, vt imperitiæ meæ compati dignentur, dum confido, quod superior intelligentia D. mei D. Iudicis causę de sua benignitate Aduocati, de hoc tempore laborantis Podagra &c.

Idem D. Michael de Collibus Cler. Reg.
Barnabita Aduocatus &c.

